

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

**Wiegand, Wilhelm**

**Straßburg, 1879**

1162 - 1163

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

112. *In einer Urkunde für das Kloster St. Arbogast unter den Zeugen: Albero prepositus, Heinricus prior, Egilolfus, Meffridus astiterunt et hii burgenses: Dietericus prefectus et omnes fratres ejus, Symon, Wernherus, Waltherus, Albertus, Rüdolfus, Waltherus dapifer, Cāno, Gotefrid, Nibelunc affuerunt etc. acta sunt hec*  
 5 anno incarnationis domini 1162, indictione 8<sup>1</sup>, epacta 3, Friderico imperante. 1162.

*H aus Straßb. Hosp. A. prot. 7381 cod. chart. sec. XV fol. 23<sup>o</sup>.*

*Die Urkunde und ihr Rechtsinhalt erwähnt bei Schöpplin Als. illustr. II, 521.*

113. *Kaiser Friedrich I erläßt auf Bitten Rudolfs des Probstes von St. Thomas in Straßburg schärfere Bestimmungen über die rechtzeitige Abführung der Zinsen*  
 10 *an das Stift und nimmt dessen gesamten Besitz in seinen Schutz und Schirm. 1163 Februar 23 Würzburg.*

(C.): In nomine sanctę et individue trinitatis. Fridericus divina favente clementia Romanorum imperator augustus.: quodocunque nostre corroboracionis pie  
 exposcitur suffragium, celeri affectu est attribuendum et, si quid exposcitur a nobis,  
 15 quod perpetuo durare debeat, literis est annotandum, ne prolixitas temporum posteris hoc dubium reddat vel incertum. noverit igitur omnium Christi imperiique nostri fidelium tam presens etas quam successura posteritas, qualiter dilectus ac  
 fidelis capellanus noster Rüdolfus venerabilis eęclesię beati Thome in Argentina prepositus ad nostram veniens presentiam omnimodam destructionem eęclesię suę et  
 20 intolerabiles pressuras coram nobis lacrimabiliter exposuit, inter quas maximum et precipuum erat videlicet, quod eęclesię suę mansionarii et alii, qui annualem fratribus suis censum persolvere debent, census ac debita servicia ad cottidianos usus et stipendia fratrum suorum pertinentia singulis annis temerarię eis subtraherent,  
 per quod eęclesia sua admodum foret attenuata, quod nec fratres inibi deo famulantes debita stipendia recipere nec divina obsequia possent exercere. unde nos  
 25 communicato principum consilio irrefragabile edictum quoddam super hoc promulgavimus tale videlicet, ut quicumque mansionariorum vel aliorum debitum eis censum usque ad festivitatem beati Andreę ejusdem anni non persolverent, ab advocatis earundem possessionum bona debiti census absque omni contradictione in potestatem  
 30 nostram et utilitatem eęclesię vendicarentur et insuper illi subtracta omnia resarcire cogantur, quousque preposito et eęclesię suę digna satisfactio exhibeatur. preterea a nostra majestate postulavit, ut pro remedio anime nostre nostrorumque omnium parentum salute, tum quia advocatia ejusdem eęclesię specialiter ad nos spectaret, tum quia nobis et imperio devotissima existeret, saluti ejus prospicere et ad pristinam suę dignitatis statum misericorditer eam reducere vellemus. nos itaque considerantes, in ecclesiarum tuicione plurimum salutis nostre consistere, votis ejus clementer annuimus et prefatam ecclesiam omnesque possessiones ejus: curiam videlicet in Sunthoven cum banno, agris, pratis et nemoribus, curiam in Morswilre cum agris et vineis, duas vineas in Kestenholz, curiam in Epheche cum vineis, mansum

Nov. 30

40 <sup>1</sup> Die Indictionsziffer um 2 zu niedrig.